

11

17

quod nimirum hercle proliza gratia-
rum vices remuneratum inisti. Vero morem et gero lactenus,
Adidi Elegiam Academiae Oxoniensi inchoata, profectū certe
ante menses aliquot dicatam, quam Ille fecit. de
humanissimi ibidem literatores, viri sanè
eximii atque eruditi, salutationibus suis ama-
bilis multifariis candidè exceperunt, non con-
tenti typis Academicis cohonestasse insubissimum
carmen, cujus ego exemplar unum manu exaratum prostris
aliud agens, tacite cum interioribus aliquot amici communi
caveram. Tu autem Vir Maxime vide hic, ut meritum
est, et cum ad alteram editionem huius tui accesseris, inter
secundas curas cave eorum mentionem neglexeris, qui ad
Rem uterunque publicam admoti, nequeunt adeo Animal
tuum dissimulare, ut ineptiae saltem pro tempore
desinescant. Me quidem hoc pacto vel cadendo devinxeris,
qui propter amicae reprehensionis fructum, stigmati
Heinsiani gloriam in lucro positurus sum. Vale et
me ama. Hagae Patrie Calendarii Martii MDCCXXIII

T. D. addictissimus.
C. Huygenius.

J. Catheo.

Amplissime Domine.

(58)

Quod virtutum tuarum ^{instigat} fulgor adeo animum oculosque Batavo
rum meorum affecerit, uti ad precipui muneris dignitatem
evocandum ultro decreverint est quod illi, quod tibi, est
verò maxime quod nobis gratuleri, qui nimirum tanto in
posterum propterea vicinia tua gavitum sumus. presentia
autem atque gratissimo conspectu longè quam ante
frequentiori. Interim de illa negatum meorum editione
reliqua, cui obstetricem manum addicere dignatus es, quid nunc
fideret ambigere coepi. quandoquidem, si illarum quicquid
est Middleburgum miseris, patrociniis simul tuo et curâ destitui
necesse est, sine quorum alterutro, vel utroque, Typographos
agros huius persuasum iri non immerito dubitaverim, qui quam
antehac operam praestiterunt, magis utique aut fortitati
consilij tui, quam operum meorum merito imputari. Itaque
quod faciendum censeas rogatum nunc venio, cum, ad me
quod attinet, profligatis nunc tandem eorum negotiorum
reliquis, quae unâ cum gente tot menses gelationis
totus

mea totis iterum Musis vacatum eam, quamdiu quidem
no immunem a Republica animam habere per illos licet
qui hinc praesunt. Si quos otii istius non poenitendos fructus
posteritati imputandos arbitrari, tuum erit monere. Ego
quod unquam isti calamo imperavero, quo recte cures tu
ac sedulo quam promptissime exequas. Vale vir Ampli-
sime, neque quidquam eorum elegantiarum, quas polliciti
sunt Mattiaci vestri luci publice commiserunt, diutius
nobis invidiantur sine. Haga X^o Calendarum Maij
1619. CXXIII.

Brouardio.

Brouardo

(59).

Non accidit proors mea culpa Brouardo amicissime, quod
hactenus siluerim. Enimvero cum scribendum non arbitro
res nisi una debita persoluerem, cuius me rem diuini-
ti, factum est ut mallet non scribere, quam negligenter
videri id cuius potissimum gratia compellendus eras.
Occasionem itaque manusculi huius perperendi non nisi
sero nactus, dabis veniam, si tardiuscule, quam par erat,
nomen istud libero. Festinante ista scribo, in tante nimitum
et adstante nauta; non possum tamen non addere, pol-
gisse me sacrificium Abrahamae, quo videas quantopere
ejus anni meminisse me ~~non~~ deceat, cum eidem historiae adam-
branda communem operam navaverimus, quae quidem mihi
juventutissimas omnium recordatio, quod vixero, futura est.
Ita me tu, ita Doctissimis Thorius amet, cui salutem
a medicis, qualem tps impertendam censes, quorum maxi-
me apud me in pretio est memoria. Salveant itidem
Uxor atque filiola nostras plurimam. Haga postitio
Non: Quintil: 1619. CXXIII

Saluto Casanbonum, si
apud vos est.

Hugenius

J. Catsio.

Si familiae exerceunda negotium profligasti, atque iterum
tuus es, Amplissime Catsi; esto mihi pariter meus
quoque. Ex quo postremam te conveni, pedem pene
domo non catulli, cum molestissimo morborum perpe-
tuo colluctatus. Is circa hos oculos est, quorum ingraves-
cens quotidie matrem, medicorum cura serio tractados movit.

Sessio